



Die  
ss

not

5451

AD  
VIROS CLARISSIMOS  
**HENR. ERNEST. FRICCIVM**  
HOLS.  
**CHRIST. TIMOTH. NIEMANN**  
BRVNNOV.  
**CAROLVM SOELLIG**  
BLANCOBVRG.  
**IOHAN. GVILI. ROSE**  
ONOLDINVM  
**EX ACADEMIA IVLIA CAROLINA**  
DISCEDEN FES  
GRATVLATIO SOCIORVM  
QVI SCRIBENDO ET DISPVYTANDO  
SVB PRAESIDIO  
VIRI SVMME REVERENDI  
**GVILI. ABRAHAMI TELLERI**  
S. TH. D. ET P. P. O. DIOECESEOS HELMSTADIENSIS  
INSPECTORIS GENERALIS  
SE EXERCENT  
INTERPRETE  
**CAROLO CHRISTIANO GVILIELMO BVNSEN**  
AROLENSA - WALDECCO.

---

Obiter de moderandis disputationibus exercitii cauffa institutis  
pauca ad 2 Tim. II, 23. differuntur.

---

HELMSTADII  
EX OFFICINA LEVCKARTIA.

AD  
VIROS CLARISSIMOS  
HENR. ERNST. ERICCIAM  
CHRIST. TIMOTH. NIEMANN  
CAROLAM. SOEFLIG  
IOHAN. GALLI. ROSE  
EX ACADEMIA ITALIA CAROLINA  
GALLATIA SOCIOGRAM  
GAL/ SERINUS ET DISPARANDO  
VITI SUMM RAVARIBNDI  
GAL/ ABRAHAMI TELLERI  
ET H. DUTT PFC. MONCOPOLIENSIS  
INTERCOTRIA ORNAMENTA  
SE EXPRIMENT  
CAROLO CHRISTIANO GUTHILO VONSEN  
HMI STADI  
EX OPTICINA BEACERNTIA

Quae si quaeque quaeque quaeque quaeque quaeque  
quae si quaeque quaeque quaeque quaeque quaeque quaeque  
quae si quaeque quaeque quaeque quaeque quaeque quaeque

**N**on fine magno iunctudinatis sensu mihi id officii datum esse video, vt Vobis, Viri Clarissimi, discessum ex Academia faustum atque felicem eorum nomine adprecer, qui haec tenus, vti in omni studiorum ratione, ita in primis in sacris quaestioneis scribendo et disputando ex instituto Ven. PRAESIDIS tractandis, arctiori societate Vobiscum coniuncti fuerunt. Nam vt non dicam, me ita Vobis traditum esse pignus certissimum mei in Vos studii, quod semper gratam mei memoriam apud Vos conseruet, quod etiam vere dicere non possem, cum hic fructus ad totam nostram societatem pertineat, tamquam gratulationis ab omnibus aequae profectione: vt itaque hoc non dicam, tamen, cum non solum communis laetitiae nostrae professio ad me defata, verum etiam eius quasi moderatio mili reliqua sit, quam non vehementer laetarer, occasionem mihi adeo honorificam suppeditari, amplius quaedam ad Vos disputandi ex iis rebus, quae toties fere mecum commentatus sum, quoties in nostra societate Vos exercitationem scriptam aut defendantis aut oppugnantes audiui! Cum enim semper ita ageretis, vt non solum in conferendis Vestris exercitationibus legem a PRAE SIDE positan constanter seruaretis, nihil afferendo, quod non aliquam cum Theologia coniunctionem haberet: verum etiam in contradicendo vnic in iis subsisteretis, quae sive utilitate se commendarent; saepius ea cogitatio animum subiicit, an non in omnibus huiusmodi exercitationibus, si vel vnic ingenii acundi causa instituantur, hic modus tenendum sit, vt nihil queratur, quam quod aut plane verum, aut vero simillimum, aut denique ambiguum esse possit. Accedebat ad hanc cogitationem recordatio exhortationis Paulinae ad Timotheum posterioris Epistola cap. 2. com 23. eaque ita animum confirmabat, vt plane, rem quae sit affirmandam esse, putarem. Dabitis itaque mihi hanc veniam, vt persuasionem per Vestram doctrinam mihi natam hoc imprimis tempore Vobis vberius explicem, quo nomine societatis, quae a disputacionibus exercitii causa institutis adpellatur, ad Vos quaedam scribenda sunt. Evidem facile feram, si doctrinam atque ingenium in me desideratis, hoc vnicum querens, vt studium atque consilium Vobis probem. Et quam hoc non facile sit amicis adeo benevolis probare!

Sed quoniam omnis haec de moderandis disputationibus exercitii causa institutis disputatione orationi Paulinae superstruxa erit, non displacebit fortassis Viri Clarissimi! si ea Vobis in memoriam reuocem, quae interpres in primis clari, et vel duo primarii R. Mosheimus et S. V. Hennmannus eius explicande causa copiosius enarrarunt. Est itaque Paulo propositum, quemadmodum in tota Epistola, ita in hac eius par-

ticula singulari, praecerto quodam eoque saluberrimo Timotheum minore et vitium Doctoris Theologie valde periculosum ipsi cauere. Cenit id in infano studio, quo quis ad ea in religione tractanda abripitur, quae non solum sine magno detrimento ignorari possunt, sed omnino etiam silentio tegenda sunt, cum et nullum usum adferant et ad perturbationes inhonefias alterum seducant. Atque inde iam satis intelligi potest, quasnam *γρήγορες* Apostolus *μαρτυρεῖται* adpellauerit. Nostis nimurum, Viri doctissimi, sulta ea omnia habeti in sermonibus, quae intelligendi iudicandique vim nullam produnt, et quae is non facile adferat, qui rerum communium non plane ignarus sit. Atque iidem non minus edociti estis, omnes sermones Doctoris ecclesiae ita ordinatos esse debere, vt ad παιδείαν aliorum faciant, animunque vel rerum coelestium cogitatione seria imbuant, vel ad studium virtutis grauior excent. Erit itaque quaestio μαρτυρεῖται super iis rebus instituta, in quibus intellectus hominis bene cultus plane non haeret, eademque dicetur ἀποδεῖσθαι, quoniam, vt *Pricacei* verbis utar per *Mosheimii* facundiam copiofiore narratione exploitis, nihil confert ad παιδείαν, vt adeo *Lutheri* verbum immū totum satis exhaustiat, nisi quis amplius adhuc unfructuosa praeferre velit. Optimum sane verbum in tali contextu, quemadmodum Latinorum *sterilis*, vnicum. Caeterum non dubito, quin *Vestra doctrina*, Viri Clarissimi! me monitore non adeo egeat ad intelligendum, non esse inter haec duo verba nimis subtiliter discrimen aliquod statuendum, et si vel maxime *Mosheimius* ita praecepit. Nam, quae sine omni usu et fructu in religione dicuntur, in tanto adparatu rerum atque sententiarum, quo modo non admodum sulta etiam dicuntur et contra? Nēque illud fortassis adeo anxie querendum est, vtrum imperandi modus παρευροῦ de non mouendis eiusmodi quaestionibus aut de non solvendis, si ab aliis proferantur, intelligendus sit. Nam, si quid video, de vtroque Apostolus verbo uno Timotheum suum admonere volebat, vtebaturque propterea ambiguitate significatio[n]is, vt, vtrumque sibi dici, intelligeret. Neque verendum est, ne duplē fessum contra omnē fessū scripturis tribuanus. In iis enim rebus, quae ita inter se connexae sunt, vt si unum ponatur, alterum sponte sequatur, et qui vni studeat, alteri etiam certo operari daturus sit, uno verbo etiam totum includere, est naturae humani ingenii accommodatum, neque tum actiones diuersae simul cogitantur, quod repugnat, sed vnius actionis duo varii modi. Ita actio ab Apostolo prohibita est in vniuersum disputatio sterilis, infoecunda et propter virumque sulta. Atqui haec cum non cogitari possit, sine uno ponente, altero repugnante, praetereaque is, qui sultas questio[n]es moueat, etiam certo sultus

contra-

contradictor futurus sit; hos duos varios modos disputandi ynius verbi amplitudine prohibere, valde consentaneum erat. Atque hic mirum omnino quosdam in eo adeo haesitare potuisse, vt fingerent, personae Timothei minus adcommodatum esse, si etiam a mouendis inanibus quaestionibus paterna Apostoli cura cum absinere voluisset: vnde ista *Moschonii vox, quomodo hoc a filio suo exspectare poterat Paulus?* Nam si quid video, haec ita pie finguntur, vt malevolus quis ad magnam impietatem iis abuti posset, diceretque, ita totam epistolam scribendam non fuisse, cum non exspectandum fuerit a Timotheo, eum leges munieris docendi aut ignoraturum, aut, dum sciret, violaturum esse. Et quid fieret cum verbis Paulinis proxime antecedentibus, *fuge iuueniles cupiditates*, quam vnicē veram interpretationem esse magno cum doctrinae graecae adparatu singulari libello aduersus *Salmaſium* euictum dedit clarissimus oīum in Academia lenensi *Ivan. Andr. Boſius?* Num hic etiam *Salmaſi* paucorumque aliorum contortam, et propter verborum ambitum iam mala suspicione laborantem explicationem: *fuge nouarum rerum studium iuuenibus nimis frequentatum* praferemus, vrentes, ne Timotheus iuueniles cupiditates amasse credatur? Quam non Vos ipsi videatis, Viri Clarissimi, omnem scrupulum in eiusmodi rebus tolli, si Timotheum hominem eumque iuuenilem fuisse cogitemus, qui, vti est illa actas ad inanes quoque opiniones captandas proclivior, per singularem omnipotentis auxiliū fauorem non id impetrabat, vt plane senis grauitatem attingeret aut etiam superaret, et si haberet, vnde semel admonitus certe via ingenii iuuenilis emendaret. Ut non dicamus scriptam esse hanc totam epistolam in exemplar omnium futurorum doctrinæ ecclesiae, quorum personam cum inter suos sustineret Timotheus, de omnibus omnino admonendus erat, quae illis aliquando usui atque ornamento futura essent.

Sed iam copiosior evasit oratio, quam per Vestrum, Amici optimi, acumen opus fuisset, aut etiam ipsa res postulasse cuidam videri posset. Redeamus itaque ad propositum. Ut hoc maius pondus adderet suae exhortationi, pergit a malis effectibus hoc studium stultarum et steriliū disputationum describere, vel potius benevolentiae caussa eos tamquam Timotheo iam cognitos, ipsi in memoriam reuocare, ἐδῶς, ὅτι γεννάσται μάχας; in quo contenta nihil attinet, virum verbum μάχας cum latino interprete lites, aut cum aliis, rixas, iurgia, altercationes et sic porro, vertamus. Satis esse possit vidisse, quam vere haec et sapienter Apostolus adfirmauerit. Nam cum in iis rebus eiusmodi inanes et infœcundae quaestiones in religione necessario versari debeant, in quibus, cum non sint de verae salutis necessitate, scripturæ nihil constituerint,

adeoque hic quisque nulli regulae adstrictus suum ingenium sequi cogatur, et, vt sumus, etiam non sine cupiditate sequatur: cum praeterea iisdem de causis, vti quisque maiori fecunditate ingenii gaudet, ita maxime in his p[re]al[ia] aliis regnaturas sit, et tamen nemo facile ingenio alteri inferior esse velit; proclive est harum rerum disputatione vtrunque, tum qui plus valere se sentiat, tum qui vinci nolit, tandem eo adduci, vt animo perturbato sine misericordia alterius famam et nomen laedat. Atque sic constat, omni aetate inter Doctores ecclesiae hanc tragodiam actam esse. In quo adeo meminisse iuabit Viri optimi, PRAESIDIS NOSTRI SVMME REVERENDI, qui identem, vt nolis, hoc nobis persuadere soleat, vt credamus, quae sine scripturarum certis indiciis sub certamen vocentur, ob allatas rationes, tandem certissime in rixas atque tristem contumeliarum pugnam abire, indeque v. 9. accidisse, vt, cum in explicando τροπω̄ ἵνα περιεω̄ scripture mihil definiant, et tamen a saeculi quarti initio quisque pro ingenio demonstrationem tentare vellet, in nulla re vnuquam acerbiores et christiano homine magis indignae disputationes extierint. Supereffet nunc, vt cum alii experianur, vtrum constituer possimus, quae singularis occasio Apostolo orta fuerit, vt ita Timotheo suo praecepit. Sed cum interpretes summi, quos coram Vobis ambitiose recensere Veftra doctrina superiuacum facit, desperauerint, aliquid certi in hac re afferriri posse, nos ii non erimus, qui id audeamus, efficere velle. Nostis etiam vetus verbum: vnum stultum in vna hora plura posse quererere, quam decem sapientes per totam vitam respondendo explanare. Et quare non fingere licet, ea omnia insanum studium hominum ratione abundantium iam tuac protulisse; quae inter Scholasticos Doctores superioribus saeculis non sine detrimento religionis, percontando et respondentendo agitata fuerunt. Fingamus certe, et habebimus satis magnam exemplorum copiam μωρῶν νεοτάσκευτων Σητύεων. Habebimus, vnde effingatur interpretatio liberior orationis Apostolicae haec: Omni cum cura absine, in tractanda apud alios religione, de eiusmodi rebus disputare, quae dum risui sapientioribus atque intelligentibus sunt, etiam plus nocent quam profunt, et eo minus prodeesse possunt, quo magis ex sua natura acerrimas contentiones cum magno animorum motu parciunt. Etsi nunc, Viri clarissimi, non ignoro, multa in suscepta de instituto fidei christiana enarratione non licere, adeoque in stultis et sterilibus quaestionebus a Paulo notatis ponenda esse, quae, si quis acuendi ingenii causa ad easdem accedat, adeo non repudianda sunt, vt potius frumentum promtioris et accuratioris doctrinae adferre possint: tamen his quoque modum ex praecepto Apostoli statuendum esse, et in vtroque genere

generi dari quasdam quaestiones insipidas et infoecundas, facile puto mecum sentietis. Paucis itaque, si placet, videamus, quidnam sequendum sit, quid minus, etiam in disputationibus exerciti caussa institutis ex praescripto Apostolico. Comprehendemus vero totum tribus legibus ita, vt dicamus primum, *in his quoque utilitatis rationem ubique habendam*; deinde, *si curiosa querantur, semper caendum esse, ne in ludicra et ridiculosa excent*; tandem multo minus plane profana atque impia, *vel in speciem tantum, disputatione attingenda esse.*

Iam, quod primum posuimus, si quis vmbrae scholarum nimis seuerere praescribi existimet, is profecto nesciat, quam optime ipsi per omnem vitam consulatur, ita cauendo; immo etiam plane infanire videatur. Nam si in vnaam societatem in Academiis coeunt, qui moderante Doctore aliquo Theologo se exercent in rebus theologicis affirmando atque contradicendo, quid sibi volunt, si non fructum doctrinae rerum diuinarum copiosioris atque paratorius auferre cupiunt? Linguae usum? artis disputandi facilitatem? En! si hoc demum sit tanti ardoris confituum, quare non ad quemvis alium, in quoconque ordine aequae accedunt? Latina omnes noscunt, omnes disputandi leges et modum te-  
nent. Quid itaque sibi volunt? Videtis nimurum, praeflantissimi Amici! aut nihil dicturos esse, qui, hanc legem privatis disputationibus in scho-  
lis Theologorum scribi, nolint; aut fateri eos coactum iri, ess' omnino in his quoque a quaestioneis plane *ἀπεισθέντος* absinendum. Ex qua-  
rum genere foret, v. g. haec, si quis ingenium mirifice torquere magis,  
quam exercere vellet in causis constituendis, *quare D. N. I. C. manus*  
*Doctoris non quatuor aut quinque aut plures annos inter homines gesserit?*  
Nam quenaam tandem utilitas inde ad futurum coetus christianorum  
Doctorem redundabit?

Sed demus etiam in palestra Academicorum eiusmodi *curiosa* queri posse, tamen, quod alterum erat, serio caendum erit, ne ad ea,  
que plane ludicra et ridiculosa sint, delabamur. Nonne, amantissimi Fautores, plane ita Vobis videtur? Quidni vero? Siquidem verum sit,  
in seriis ludere quoniam loco et tempore esse indecorum, et eundem lufum, si ad religionem numquam fatis venerandam adpropinquet, im-  
pium. Stultior nulla quaestio esse potest, quam quae super doctrina christiana ita suscipitur, vt vel amans pietatis primum ridendi conatum reprimere non possit. Itaque semper turpe foret, si quis ad exercitationem inquirere velit in coloremi pallii a Paulo Timotheo in extremo huius Epistole commendati. Nam utrumque instituatur disputatione,  
tamen ad iocum perfacilis sit lapsus. Sed haec vltiore disputatione  
non egent, coram Vobis in primis Viri doctissimi,

Acceda-

## VIII

Accedamus itaque ad tertiam legem, qua canticum esse volumus, ne quis etiam ad speciem solum profana aut impia in disputationis certamen adducat. Sed enim inquietis, quis hoc audeat? Aut ego egregie fallor, aut omnes ii, qui thesin aliquam aduersus *Atheos*, *Deistas*, *Trithiestas*, *Socinianos* et sic porro ita simpliciter ad disputandum ponunt, ut, cui de lege contradicendum, is coactus sit, *Athei*, *Deistae*, aliorumque cum omni intentione, ac si res ferio ageretur, personam induere. Ut si quis existimet, datur ens perfectissimum eum ipsa natura rerum non confundendum, quid hic alteri relinquatur, quam ut contradicat, Deus est natura, et spinozae ad pompa partes tucatur. Nonne ita est? Sed quid tum? hoc scilicet, ut qui non ipse ad excoigitandum et inueniendum satis acutus sit, Spinozam aedat et ex eo omnia ad verbum scribat, quae per spatium horulae possit aduersus vera admirantem non tam disputatione quam praelegere; aut qui ingenio feliciori vtatur, ita se in omnem partem torqueat, quo probabile aliquid proferre possit, unde futurum erit, ut si talis saepius eiusmodi opinionum temeritatem defendere coactus sit, et semper ob ingenium laudetur, tandem sibi ipsi placeat in suo acuminet, et, ut de Schafstburgio fabula dicit, qui ante per iocum dubitabat, tandem vere scepticus euadat. Nonne itaque vtramque ob causam, inter μαρτυριαναί αποδείστρους γρήγοριον referre liceat eiusmodi disputationes et de posteriore eas adeo ἀποδείστρους dicere, ut potius ad πατριαρχὴν (2 Tim. II, 14.) viam latam aperiant. Atque nunc nemo mihi dicat, quis sic relinquatur in priuatis Theologorum scholis eiusmodi exercitationibus locus. Vos certe non dicetis, qui optime nostis, multa in Theologia reperiiri, quae cum usu in vtramque partem disputationi possint, longe plura, quae de vera locorum scripturarum interpretatione laudabiliter sub examinis subtilitate vocentur, exstere etiam plane non emetiendum campum quæsitionum historicarum, criticarum, philologicarum, et sic porro.

Sed satis sit, haec ad significationem communis, nostras societas, super Vestro discessu sensus quasi praelusisse. Quam nunc felicitatem omnium nomine Vobis maiorem applexer, quam hanc, ut per omnem vitam fructum vberrium Vestri studii atque vitae in Academia laudabiliter actae capiatis, neque etiam Vos vñquam poeniteat nobiscum in his disputationi exercitationibus coniunctos fuisse. Erit vero iste fructus amplissimus et nullus huic poenitentiae locus, si Vobis, Dei beneficio, etiòm Patroni atque Fautores contingent, qui consilio atque opere Vos adiuvent, et commodis Vestris prouideant. Quae est votorum nostro-rum summa. Itaque Deo commendati, Patronis atque Vestris omnibus cari, nostrorumque memores iterum iterumque valete.

DD A 6427



WDA8

R



B.I.G.

Farbkarte #13

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

AD  
ROS CLARISSIMOS  
CRNEST. FRICCIUM  
HOLS.  
TIMOTH. NIEMANN  
BRUNOV.  
VM SOELLIG  
BLANCOBURG.  
GVILI. ROSE  
ONOLDINUM  
EMIA IVLIA CAROLINA  
DISCEDENTES  
ATVLATIO SOCIORVM  
RIBENDO ET DISPUTANDO  
SVB PRAESIDIO  
VM ME REVERENDI  
BRAHAMI TELLERI  
. O. DIOCESEOS HELMSTADIENSIS  
NSPECTORIS GENERALIS  
SE EXERCENT  
INTERPRETE  
CHRISTIANO GVILIELMO BVNSEN  
AROLSENA - WALDECCO.

*Undis disputationibus exercitii causa institutis  
a ad 2 Tim. II, 23. differuntur.*

HELMSTADII  
OFFICINA LEVCKARTIA.